Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ihc cogitationes eorum dixit. Vt quid cogita-
tis malum in cordibus vestris. Quid facilius est
dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge
et ambula. Vt sciatis autem quomodo filius homi-
nis habet potestatem in terra dimittendi pec-
cata. tunc ait paralytico. surge tolle lec-
tum tuum et uade in domum tuam. Et sur-
rexit. et abiit in domum suam. Videntes autem
turbe timuerunt. et glorificauerunt deum qui de-
dit potestatem tale hominibus. Lectio epi.

Xpm in humanis actibus diuina gessis-
se mysteria. et in rebus uisibilibus inui-
sibilia exercuisse negocia. lectio hodier-
na monstrauit. Dom. xx. Matthei v.

LOQVEBATVR ihc cum discipulis suis
in parabolis dicens. Simile factum regnum est
celorum homini regi. qui fecit nuptias filio
suo. Et misit seruos suos uocare inuita-
tos ad nuptias. et nolebant uenire. Iterum